



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1248. Usque Ad Annum 1276

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1765

VD18 90118243

§.33. Guidonis Monfortii pœnitentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66255](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66255)

Sæcul. XIII. 2 Dec. an. 1272. in clientelam Philippi
 A. C. 1273. Regis se contulit.

§. XXXIII.

Guidonis Monfortii pœnitentia.

Sap. c. 18. Cum Eduardus Angliæ Rex ob Henricum Germanicum cognatum suum a Guidone Monfortio peremptum iustitiam a summo Pontifice postulasset, Gregorius illi, quid hac in re factum esset, significavit hunc in modum. Cum Florentiam venissemus, Guido Monfortius per conjugem suam, compluresque personas alias ad nos missas impensissime flagitabat, ut sibi nostros subire oculos liceret ad præstandam nobis obedientiam parato. Sed spatium nobis sumendum duximus, ut sinceritatem pœnitentiæ exploraremus. Florentia egressis se nobis circiter bis mille passus ab urbe obtulit in subucula, pedibus omnino nudis, cum laqueo circa collum prostratus humi & lacrymis totus diffluens. Dum plures e comitatu nostro ad hoc spectaculum subsistebant, Monfortius exclamabat, se mandata nostra sine ulla exceptione accipere, ardentemque cupere in custodiam dari quocunque nobis placeret loco, dummodo absolveretur. Non tamen eum tunc audivimus: nullum dedimus responsum: e contrario comites
 ejus

Rayn. 1273.
no. 41.

ejus reprehendimus, quasi incommodum Sæcul.XIII.
 tempus caperent. Postea vero de Fra- A.C.1274.
 trum nostrorum consilio duos Cardinales
 Diaconos Richardum de S. Angelo &
 Joannem de S. Nicolao Romæ residen-
 tes in aliquo Ecclesiæ Romanæ castro
 illi locum carceris assignare, & absentiæ
 nostræ tempore per milites Caroli Siciliæ
 Regis custodiendum curare jussimus. Da-
 bat 29 Nov. an. 1273.

§. XXXIV.

S. Thomæ Aquinatis obitus.

Anno sequente, cum concilii tempus
 immineret, Papa S. Thomam Aquina-
 natem tanquam virum doctissimum eo
 vocavit. Erat Neapoli, quo post comi- Echard.
 tia Ordinis generalia Florentiæ Penteco- Sum. p. 217.
 stes hebdomade celebrata an. 1272. mis- 265.
 sus fuerat. Universitas Parisiensis ad
 hæc Comitia scripserat, efflictim rogans,
 ut S. Doctor ipsi redderetur. At Caro-
 lus Siciliæ Rex vicit & obtinuit, ut Tho-
 mas in urbe natalis terræ suæ primaria
 doceret, cujus Archiepiscopatum renuif-
 set. Hic Princeps illi unciam auri in Sup. lib. 85.
 menstruam pensionem attribuit. Nea- §. I. 7.
 poli S. Doctor tertiam Summæ partem p. 266. 3. p.
 continuavit usque ad tractatum poeniten- q. 90.
 tiæ, quem reliquit imperfectum. Ibi Ech. p. 267.
 dem Fratrem Romanum Papæ Nicolai